1498

Noverint universi &c. Nos Michael Cortey litterarum lator Georgius Cortey fornerius [illegible] Gratis et ex certa nostra scientia per nos et nostros presentes pariterque futuros vendimus et titulo et ex causa huiusmodi
venditionis concedimus et tradimus seu quasi vobis venerabili Bartholomeo Puig notario civi Maioricarum presenti et successoribus ac quibus volueritis perpetuo duas libras monete Maioricarum censuales et emphiteoticales quas de novo one-
ramus et imponimus iure emphiteoticario et cum omnibus illis iuribus coherentiis et compulsionibus quibus tam de iure quam de consuetudine emphiteote cogi et compelli possunt ad dandum vel exsolvendum censum vel canonem dominis directis
per vos et vestros habendas et percipiendas et per nos et nostros vobis et vestris dandas et solvendas allatas solutas positas et portatas ultra presentem Civitatem Maioricarum ad hospitium seu habitationem vestram et vestrorum nostris propriis sumptibus et expen-
sis ac pedagio quinque solidorum quos promittimus solvere cuicumque litterarum latori nuntio seu procuratori vestro per vos et vestros mittendo si mittere contigerit anno quolibet pro exhigendis et habendis dictis duabus libris censualibus vel
parte ipsarum a nobis vel alio nostrum insolidum pro qualibet die qua vacaverit et nec non promittimus vobis et vestris satisfacere et emendare ac restituere omnes et quascumque expensas et missiones per vos et vestros faciendas tam in advocatis pro-
curatoribus sagionibus curie scripturis quam aliis sustinendas premissorum occasione vel causa quomodolibet in primo futuro festo Sancti Egidii omnes dictas duas libras censuales et deinde anno quolibet in dicto festo omnes dictas duas libras cen-
suales et emphiteoticales dicte [illegible] fuit super quodam alodio pertinenti magnifico Raymundo de Montecorono civi Maioricarum [illegible] laudandi fuit super quibusdam domibus [illegible] scituatis intus presentem Civitatem Ma-
ioricarum in parochia Sancte Eulalie in vico vulgo dicto del Soguerador Atque laudimiis agrariis faticis foriscapiis et proventibus earumdem Et affrontantur predicte domus ex una parte cum via publica Et ex alia parte cum domibus
den Matamala et ex alia parte cum muro Civitatis et ex alia parte cum domibus [illegible] cum Soguerador Nec non salvamus et assignamus imponimus et oneramus nos dicti venditores predictas duas libras censuales quas vobis dicto empto-
ri vendimus nedum in et super dicto alodio dictarum domorum verumetiam in et super omnibus aliis alodiis et bonis nostris et utriusque nostrum insolidum mobilibus et immobilibus presentibus et futuris predictas itaque duas libras censuales cum
omni videlicet iure [illegible] domino directo quomodo requisitione et iuris perceptione ipsarum Et generaliter cum omnibus aliis universis et singulis ad predicta et ad huiusmodi venditionem pertinentibus et pertinere debentibus quibuscumque iuribus titulis
sive modis vobis predicto Bartholomeo Puig et vestris successoribus ac quibus volueritis perpetuo vendimus et titulo et ex causa huiusmodi venditionis cedimus et tradimus seu quasi ut est dictum superius precio videlicet viginti quinque librarum
monete Maioricarum quas a vobis habuimus et recepimus numerando omnimode voluntati nostre seu verius de voluntate mei dicti Georgii illas recepistis et exsolvistis mihi dicto Michaeli Cortey Unde renuntiando exceptioni dicte
venditionis per nos vobis sic non facte et pecunie predicte a vobis per modum predictum non habite et non recepte reique sic non geste et doli mali et in factum actioni ac legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii Remittimus
et donamus vobis et vestris si quid hec venditio modo plus valet valebit ve de cetero precio ante dicto Et sic constituimus nos predicti venditores predictas duas libras censuales quas vobis vendimus vestro et vestrorum nomine
tenere et possidere donec inde vestrum possessionem apprehenderitis vos vel vestri quam liceat vobis et vestris apprehendere et adipisci via et vestrorum propria auctoritate quandocumque volueritis et adeptam penes vos et vestros licite et perpetuo possi-
dere Et titulo et ex causa huiusmodi venditionis cedimus et damus vobis et vestris omnia et singula iura nostra Omnesque voces vias rationes et actiones nostras reales et personales utiles mixtas directas reique persecutorias et alias quas-
cumque nobis in predictis duabus libris censualibus quas vobis vendimus competentes et competituras ac debentes competere quoquomodo quod quidem alodium et omnia alia alodia et bona nostra et utriusque nostrum insolidum
super quibus dictas duas libras censuales oneramus et imponimus constituimus super eum et eximimus nos pretacti venditores pro vobis dicto emptore et vestris amodo tenere et possidere sine emphiteotice conditionis et sub censu dictarum dua-
rum librarum censualium pro quibus et solutione quarum nedum presinsertum alodium supponimus submittimus et obligamus vobis et vestris sed etiam omnia bona nostra et utriusque nostrum insolidum supposita sunt et obligata esse volumus et con-
cedimus predictis specialiter et expresse Ita quod nos neque nostri successores non possimus nec valeamus unquam vobis vel vestris reddere restituere derelinquere aut deserere in totum seu in partem iamdictum alodium nec alia bona nostra super quibus dictas
duas libras censuales oneramus et imponimus ratione nimii oneris census cuiusve sterelitatis aut alio quocumque casu fortuito divino vel humano naturali vel accidentali nisi prius exsolverimus vobis vel vestris dictas viginti quinque libras mo-
nete predictas franchas et quitias ab omnibus missionibus et censum vobis et vestris debitum de tempore preterito et missiones inde factas quod si contrafieret nihilominus omnia alia bona nostra et utriusque nostrum insolidum mobilia et
immobilia ac se moventia presentia et futura sint et remaneant perpetuo stricta et obligata solutioni et prestationi annue dicti census et aliorum omnium predictorum de quibus aliis bonis nostris et utriusque nostrum insolidum mobilibus et immo-
bilibus ac se moventibus presentibus et futuris possitis eo casu vos vel vestri aut alii etiam in quocumque casu et eventu quo vobis aut vestris fuerit in solutione dicti censualis vel alicuius pensionis eiusdem cessatum possitis et sit licitum
vobis et vestris facere seu fieri facere executionem et venditionem de bonis nostris et utriusque nostrum insolidum unica tamen solutione sufficiente tam pro censu debito electione semper ac variatione semel et pluries vobis et vestris salva contra nos in-
differenter et in quocumque casu quod pro proprietate earumdem in casu redditionis aut desertionis discussionis vel diminutionis dicti alodii et aliorum bonorum nostrorum nam sic actum et convenimus fuit inter nos et vos in huiusmodi contractu huius-
modi venditionis Constituentes etiam vos et vestros in predictis dominos et procuratores et in rem vestram propriam ad agendum videlicet et defendendum [illegible] dandum vendendum cedendum impignorandum et aliter
alienandum fideque faciendum de predictis vestras et vestrorum omnimodas voluntates Sine tamen aliqua fatice presentatione et laudimii solutione quoniam ab ipsis laudimio et fatice presentatione absolvimus liberamus ac penitus quitamus
ex pacto vos et vestros a quibuscumque venditionibus et alienationibus de ipsis duabus libris censualibus exinde faciendis promittentes et fide bona convenientes vobis et vestris quod predictas duas libras censuales quas vobis vendimus faciemus vos et vestros semper
habere tenere percipere et in eis pace licite et perpetuo possidere pacifice et quiete contra omnes Et tenemur inde vobis et vestris et firmiter teneri permittimus de evictione et omni defectu [illegible] ac de omni dampno et interesse litis et extra [illegible]
[illegible] de cetero fiet seu movebitur aut alius interruptabitur de iure vel de facto contra vos vel vestros in dicta emptione dicti census questio aliqua petitio vel demanda aut aliquid attemptaretur fieri quovis [illegible]
de electione [illegible] posse ledi promittimus incontinenti nos pro vobis et vestris opponere easdem et pro vobis et vestris respondere satisdare et satisfacere cuicumque querelanti et agenti in iudicio et extra Et causam et causas exinde insurgentes ducere
tractare et prosequi nostris et nostrorum propriis sumptibus et expensis a principio et motu questionis usque ad talem diffinitivam sententiam a qua non liceat ulterius appellare et vos et vestros et omnia bona vestra et vestrorum [illegible]
omnibus et singulis sermone penitus sine damno Verumtamen sit in electione vestri et vestrorum si malueritis ipsas questiones seu causas ducere tractare et prosequi Et nos prenominati venditores et nostri successores teneamur et teneamini
vobis et vestris solvere integriter satisfacere ac emendare ante dominum datum et post in iudicio et extra videlicet quantum vobis vel vestris [illegible] sublatum sive obtinueritis in ipsis causis sive etiam succubuere-
ritis in eisdem [illegible] videlicet cum omnibus damnis missionibus sumptibus interesse et expensis propterea factis passis et sustentis et [illegible] et extra [illegible] quibus damnis missionibus sumptibus interesse et expen-
sis redatam vobis et vestris vero solo plano et simplici verbo sine testibus et iuramento nullo alio [illegible] vobis et vestris ex pactorum [illegible]
Nec non et necessitatem appellandi [illegible] promittimus contigerit quandocumque Nec possumus nos dicti venditores neque nostri successores possint dicere vel allegare vobis et vestris in iudicio et extra quod in sententiando vel aliis vobis vel
vestris facta fuerit iniuria vel offensa aut quod per culpa vel neglegentia vestra vel vestrorum seu imperitia iudicis ante advocati aliquid in predictis minus debite esset factum seu possitum quoniam omnia et singula suprapredicta sic inter nos et vos
acta fuerunt pariterque conventa in huiusmodi contractus huiusmodi venditionis Renuntiantes iuri sive legi dicenti quod emptor debet et tenet motam sibi questionem dicere et denuntiare venditori aliis quod emptori venditor de evictione rei vendite non
tenetur Et pro his omnibus et singulis suprapredictis sic complendis et firmiter attendendis obligamus vobis et vestris et utriusque nostrum insolidum omnia et singula bona nostra et utriusque nostrum insolidum mobilia et immobilia presentia et futura
Et pro annuis pensionibus vobis anno quolibet fideliter exsolvendis consignamus vobis et vestris quoad annuas pensiones et sine translatione alicuius dominii et cum pacto et facultate variandi omnes illas duas libras censuales quas anno quolibet mihi
dicto Georgio Cortey facit [illegible] pacator Maioricarum pro quibusdam suis domibus scituatis intus presentem Civitatem Maioricarum in parochia Sancte Eulalie in vico nuncupato de la Scudelleria in festo Sancti Egidii Et quas possideo titulo dona-
tionis mihi facte per Jacobum Cortey genitorem meum prout constat instrumento facto et firmato in posse discreti Gabrielis Valls notarii Maioricarum sub decima octava mensis Augusti anno Millesimo Quadringentesimo nonagesimo sexto Et quas
dictas duas libras censuales dictus genitor meus possidebat titulo venditionis sibi facte per Gabrielem Pont pacatorem Maioricarum et Johannetam coniuges prout constat instrumento facto et firmato in posse discreti Raffaelis Pera notarii sub die tricesima
prima mensis Augusti anno Millesimo Quadringentesimo sexagesimo primo Mandantes que tenere huiusmodi publici instrumenti [illegible] predicto [illegible] amodo de predictis annuis pensionibus dictarum dua-
rum librarum censualium [illegible] illas recipere et exhigere volueritis cum sit ad libitum vestri dicta [illegible] consignatione vobis et vestris respondeant dent solvant et satisfaciant prout mihi dicto Georgio Cortey respondere dare solvere et satisfacere te-
nebatur ante huiusmodi consignationem Renuntiantes quantum ad hec beneficiis novarum constitutionum et dividendarum cedendarumque actionum [illegible] Nec non legi et franchesie Maioricarum de principali prius conveniendo
Insuper renuntiamus ex pacto libelli oblationi [illegible] omnique dierum feriis iuris danorum pigneris ad decem dies et spacio unius mensis Maioricis concesso bona mobilia non habentibus pro eorum bonis immobilibus subhastandis et vendendis et omnibus gratiis induciis
guidaticis feriis mercatis privilegiis franchesiis stilis Curiarum ordinationibus elongamentis et impedimentis impetratis et impetrandis tam a Serenissimo domino nostro Aragonum Rege et domina Regina eius consorte quam ab aliis personis hec vel similia po-
testatem prorogandi habentibus Et gratiis creditorum nostrorum et maioris partis ipsorum in eorum loco debiti et numero personarum et bonis nostris privilegiatis et non privilegiatis in quibus volumus et consentimus executionem fieri pro premissis non obstante
ordinatione inde facta et foro nostro proprio et privilegio fori et submittimus nos et omnia bona nostra et utriusque nostrum insolidum foro districtu cohertioni et iudicatorum honorabilis Baiuli Maioricarum ordinarii censuum ac illius iudicis seu curie apud quem seu
nos seu utrumque nostrum insolidum pro predictis volueritis convenire coram quo seu qua premisso ius fieri [illegible] pro premissis Et presens instrumentum cum obtinere volumus rei iudicate et confessionis iudicialis tanquam si per iudice fuisset in iudicio confessi
et vere in ordinarii iudicis sententia diffinitiva condempnati Itaque ad solam huiusmodi instrumenti ostensionem [illegible] ipse apud quem nos pro premissis volueritis convenire possit executionem in bonis nostris et utriusque nostrum facere nulla alia discussione expectata
tanquam de re iudicata transacta et firmata Et ideo sit honorabilis Guillermus Raymundi de Montornes domicellus Maioricis [illegible] libris et decem solidis per ipsum exsolvendis principaliter et insolidum casu quo dicte due libre censuales vendite et
consignate dicto venerabili Bartholomeo Puig ad manus devenerint promittens et fide bona conveniens una cum dictis Michaele et Georgio Cortey et sine ipsis principaliter et insolidum vobis dicto Bartholomeo Puig vel vestris dicto in casu scilicet quo dicte [illegible]
ac etiam vendite ad manus devenerint quomodocumque et qualitercumque adeo quod per eas non possint exhigi neque haberi Et pro his attendendis et complendis obligo vobis et vestris cuncta et singula bona mea presentia et futura Renuntians quantum ad hec
legi et franchesie Maioricarum de principali prius conveniendo Ad hec ego Guillermus Raymundi de Monso civis Maioricarum alodiarius antedictus his [illegible] Gratis et scienter laudo concedo et firmo dictam venditionem et oneracionem
factam de dictis duabus libris censualibus facte super dicto alodio mihi pertinenti sub dictis pactis et conditionibus Promittens quod contra illam non facere vel venire sive aliqua causa vel ratione Salvo dominio meo presentium et futurorum
omnium obligatione Actum est hoc in Civitate Maioricarum die duodecima mensis Junii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Octavo Sig+num nostrum Michaelis Cortey Georgii Cortey venditorum
Guillermi Raymundi de Montornes fideiubentis et Guillermi Raymundi de Monso alodiarii predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus.

1498

Testes huius rei sunt magnificus Huguetus Net civis Maioricarum [illegible] Johannes Bach clericus in quorum presentia dicti Michael et Georgius Cortey firmarunt dicto die Testes firme dicti venerabilis Guillermi Raymundi
de Monso qui firmavit die decima nona dictorum mensis et anni [illegible] Clemens [illegible] pacator et Laurentius Sabater scriptor Maioricarum Testes vero firme dicti honorabilis Guillermi Raymundi de Mon-
tornes qui predicta firmavit vicesima quinta mensis Octobris anno predicto fuerunt dictus Johannes Bach clericus et Laurentius Sabater scriptor Maioricarum.

Sig+num mei Petri Morata auctoritate regia notarii publici Maioricarum ac per totam terram et dominationem illustrissimi domini Aragonum regis Qui hec scribi feci et clausi Constat tamen de suppositis in lineis [illegible] ubi scribitur [illegible]
[illegible] ubi scribitur ad manus devenerint et in quinta linea testium ubi scribitur firmarunt.